



Protelēja

Nuptiis Solennibus,

quas Breslæ

Vir Nobilissimus, Amplissimus, Prudentiâ Eruditione

& Autoritate CL. & Præstantiss.

DN. MATTHIAS

SEJDEL à Zedlitz Cos. &c.

Olaviæ Sil dignissimus,

S P O N S U S

cum

Lectissimâ, Honestissimâ, & Pientissimâ

Virgine

A N N A

V I R I

Reverendi, Clarissimi, & Literatissimi

Dn. SAMUELIS BUTSCHKY,

NamsL. Sil, Pastoris in æde D. CHRISTOPHORI

Wratislaviæ meritissimi, filia lectissimâ,

S P O N S A,

DEO auxiliante ad d. $\frac{12}{22}$ Maji,

M. DC. XXXIV. celebrabit,

Sponsæ Fratris, natu majoris, petitu ab ipsius Præcepto-

ribus, Patronis Amicis & Commensalibus in Almâ Leucoreâ

confer. & ab eodem Neonymphis, loco

amoris arrhæ oblata.

WITTEBERGÆ,

Typis hæredum **GEORGII MULLERI,**

Anno 1634.

ADsunt, *Seideli*, Musæ Charitesq; , tibiq;
Acclamant lætis omnia fausta modis,
Ut Sponsam Lucina tuam complere, piâq;
Hinc magis atque magis prole beare velit.

Johan. Georgius Pelshofer, D.
Acad. p. t. Rector.

Atq; meum petitis votumq; , precesq; , Jehova
Felix ut vestrum conjugium esse velit.
En votum! vestris sint omnia prospera tædis,
Vester & ex votis omnibus ardor eat.
A vestro thalamo procul omnis amaror & error
Exulet, atq; omni sit sine labe domus.
Vivite, quò seros videatis uterq; , nepotes,
Et tempus vestri molle sit omne tori.
Sic tibi devotè, SEIDELI Sponse, Tuâq;
A Domino, in quo non irrita vota, precor.

Jacobus Martini S. S. Th. Doct. & Profess.
prim. ejusd. Facult. Senior, & templi
Cathedralis Præpos.

REM magnam tractat multi plenamq; pericli,
Ruxorem qui ducit: Ut ergo cœpta secundet,
Sponse, Tua Ille, à quo bona cuncta, optoq; , precorq; .

Daniel Sennertus D.

Sidere felici MATTHIE ducitur ANNA
Fausto supremi Numinis auspicio.

Vivite concordés, felicia fata videntes:

Et vobis proles sit pia, pulchra, frequens,
Atque utinam tandem Solymam super atque Sionem
Contingat Pacis cernere dona sacra.

M. Erasmus Schmidt
Græc. & Mathem. Prof. Witeb.
Nunc

Nunc quia fata volunt & meta optata laborum
Fragrantem concedere messem:
Tu tibi virginei flores decerpe pudoris,
Quos reddit cum fœnore agellus.
Namq; admota velut languenti lilia cordi
Exfugunt virtute dolores:
Sic nato Veneris tua saucia corda levabit
Sponsatoritibi fœdere juncta.

Christianus Taubman D. & Prof. Juris Extr.

Post sevam diramq; luem, post tristia belli,
Et tot prædarum nomina, totq; cruces,
Queis misera assidue suffixa Silesia penas
Immeritas hosti prob sociisq; dedit,
SEIDELIUS repetit iucunde munera vitæ,
Et querit lacrimis imposuisse modum.
Utque tuas tractet melius Respublica curas,
Ante animum propriis exonerare cupit.
Rapta tibi consors: compensat BUTSCKIA damnum,
Illa decus sexus BUTSCKIA lausq; sui.
Atq; novas pariter veteresq; instaurat amores,
Lenimen duris alloquiumq; malis.
Sorte tuâ gaude SEIDELI: & funera, & omnes
Solatur casus una puella tuos.

Augustus Buchnerus.


Mos est antiquus, sic fert, divina voluntas,
Ut cum conjunctâ conjuge vivat homo.
Hinc quoque, Sponse, Tibi grator, qui vivere solus
Non vis: Mente precor, prospera vita fiet.

M. Christophorus Nottmigel Mathem. Prof. Witt.

In mediis belli turbis, quod JÔVA Benignus,
Sacri conjugii gaudia leta parat,
Laudandus DEUS est, Sponsis & corde vovendum
Ut faustus felix & sit Utriq; Torus.

*At hoc si prohibent, si Martia castra profanant,
Hæc DEUS omnipotens frange, faveq; toro!*

M. Johannes Friemel Uratislav. Eccles.
Witteberg. Verbi Minister.



*A*stas post hyemem sequitur: post nubila Phæbus:
Tristitia, angores, gaudia blanda, ferunt:

Gloria contemptum: Crux regnum: Vita sepulchrum:

Pax bellum: damum lucra cupita, premunt.

Scilicet adversis succedunt prospera rebus,

Nectareos latices succus amarus habet.

Sic ô Sponse, tuas, socialifœdere, curas,

Mitigat, æternus, pro bonitate, Deus.

Et tibi, Cœlesti demittit sede, Maritam

Pacificam, Castam, prosperitate, Deam.

Quæ tibi post vidui longissima tædia lecti

Suavis odor vitæ, dulcor & ardor, erit.

Corpore nam veluti venerando sanguine nata est:

Sacratum, referet sic pietate, genus.

Et secum largos DOMINI, lectoq; jugali

Successus, DOMINO ter benedicta, trahet.

Exhaustas roseo reparabit nectare vires,

M. llag; de fidei fonte benigna dabit,

Illius auspiciis felicia cuncta videbis,

Heredes capies divitiasq; Poli.

Macte his exuvii Vir Nobilis! erige frontem:

Nam tibi letitiæ sunt pia causa nove.

Archiater Vitæ susceptos prosperet orsus,

Atq; columbarum det sine felle torum.

Hoc mea Musa tibi gratatur pectore ab imo,

Hoc, SAMUEL, Mensæ, portiognata, meæ.

Qui nunc Albiacis, salvus, spaciatur in hortis,

Atq; colit clarii numina cæsta chori

Hoc Butichky Senior, chara cum Matre, sorores;

Hoc Fratrum, stirpis, lumina bina sacræ.

Summus

Vivite felices, nec Parcae stamina rumpant,
Multâ priusquam floreat
Prole beata domus!

M. Johannes Borneman, Halb. Fac. Phil. Adjunctus.

Vivite felices, pharetramq; replete puellis
Telis, humanum quæ genus omne juvent.
Sunt etenim pueri sicut bona spicula fortis:
Adsit Eros semper, longius absit Eris.
Cunctipotens tandem vitæ post tempora longa
Sponsis concedat regna beata poli.

*M. Jacobus Weller Neuk. Variscus
Fac. Phil. Witteb. Adj.*

Mater blanda Cupidinum,
Famosusq; jubet ferta gerens Hymen
Me, Junoq; simul pia,
Occultis animum reddere amoribus.
Urit, SPONSA, tuus nitor
Me, splendens Pario marmore purius:
Urit vox petulans satis
Sed grata; & nimium vultus amabilis.
In me tota ruit Venus,
Te quando adspicio: nec patitur moram:
Ut solers animosum equum
Miles continuis incitat ictibus.
Huc adsis recreans meam
Vitam, quæ thalamus sese aperit novus,
Haustâ quem paterâ meri
Læta adscende. Veni! Me stimulat Venus!

M. Martinus Caselius, Fac. Philos. Adjunctus.

Ad juvenes & hospites jucundissimos,

Dn. SAMUELE BUTSCHKE, jun. Commensale meo dilectiss. petente scr.

*Plutarch. in
Lycurg.*

Nobilis ex celebri Spartanâ gente Lycurgus
Legem tulit sanctissimam,

Ut

Ut sibi sancito consortem jungere vellent
 Thori Lacones fœdere,
 Ut generent Natos, per quos Respublica facta
 Maneret & cultus DEI:
 Nam quæ tot validis usq; est Respublica Regnis
 Invisa, Sparta ceu fuit,
 Illi vir sine lege thori, sine fœdere lecti
 Si seculum præterfluat,
 Hostem, nullus erit, quem contra mittat acerbum,
 Aut qui colat castum Deum
 Nunc quoq; quassatur dubio Germania bello,
 Multos viros quod sustulit,
 Querit opem rapidis Ecclesia fracta procellis,
 Rarus DEI est cultor pius.
 Ergò quò cives habeat Respublica, Numen
 Cultore gaudeat suo,
 Vos juvenes fortes, quibus est fas, pangite vobis
 Fœdus thori sanctissimum,
 Et generate Deo cultores, atq; ruenti
 Mundo columnas & trabes,
 Et modò ridentes rase figmenta cohortis
 Laudate Matrimonium.
 Illa sibi posuit sua sacra cubilia soli,
 Et sprevit almas virgines:
 Sicq; suum mundo sobolem civemq; recusat,
 Et Numini cultum negat,
 Et qui præ reliquis satigit pius esse, retundit
 Dulces amoris venulas,
 Quas tamen omnipotens DEUS & Natura creârunt,
 Hinc sæpius pessum datur.
 Si cupitis, vobis narrabo, audire papalem
 Casum satis notabilem:
 Miles erat Michaël Verinus strenuus olim
 In regulis papisticis,
 Cum quo commisit rerum Natura duellum,
 Et prælium gravissimum,

Bellarm. l. 1.
 de Cleric.

Natura nihil
 temerè, nihil
 irrationali-
 ter, nihil fru-
 stra, nihil ca-
 su agit i. cæli.
 t. 32. Avèrr.
 2. cæli. t. c. 50.

Semotis

& 59.



*Semotis hic solus erat disiectus in agris,
Vitans virum consortium,
Duceret ut sanctam cœlebs sine compare vitam,
Contempsit & fœmellulas.
Sed lacerata diu Naturæ machina rumpit,
Occumbit audax Michaël.
Abbas marmoreum tumulum cum carmine adornat,
Commendat ipsum; scilicet:
Sola venus poterat lento succurrere morbo,
Nese pollueret, maluit ipse mori.*

*Rollenbag.
Froschneuse,
lex l. 2. pt. 6.
cap 2.*

*Si Verine tibi sententia nota fuisset
Pro Regulis necantibus,
Florida quam nobis calamo sapientia scripsit
Germanicum per optimum.*

*Was Gott verordnet/das ist gut/
Nicht was der Aberglaube thut/
Oder was man bößlich ist gewohnt/
Böß gewonheit endlich böß auch lohnt.*

*Non forsam dulcem voluisses perdere vitam
Nugas ob has plasticas.*

*ANNAM Butschkiadem, nonné est pia, pulchra, Marito
Puella digna nobili?*

*Det DEUS ut numerent cultores Numinis olim
Civesq; perquam plurimos.*

M. Martino Heinsio Spand. March.

AD DN. SPONSUM.

*ERgone Jovéo TIBI nutu jungitur ANNA;
Quæ mihi nativo glutine juncta manet?
Fiat: nam castus Jovæ placet ardor Amoris
„ Casti: Castus ut est; sic quoq; casta probat.
Cumq; Novelle alio terras colo Sole calentes,
Phœbus adusq; redit quintus ab axe Poli,
Est, quod participem præsens tua gaudia Breslæ;
Ad doctos moveam cunctaq; membra modos.*

Sed

Sed Pater armorum, Mavors, sibi vindicat Orbem
Immensum, & primo limine claudit iter.
Quid faciam? dona & desunt; bona verba vovebo:
„Plus bona verba bonis, quam bona dona placent.
Vivite felices; longævi vivite: Vestris
Tædis adsit Eros; deprocul absit Eris.
Menseq; cum rediit Janus nono anxia SPONSAM
Ut Lucina beet, prole frequente, precor.

[* *]

Wer iho rechten fug / vnd mittel hat zu lieben/
Der nehme solcher wahr / vnd ihue sich fleißig vben
In dieser süßen Lust; iht ist die rechte zeit/
Weit der Lieb-reiche Leng / die ganze Welt erfreuet
So vormals trawrig war / die Flora ziert die Felder
Mit vieler Blumen art: Silvanus auch die Wälder
Aus lauter liebe schmückt: Die Lerche kompt mit pracht;
Auch der gestirne Jürst / die Wangen röther macht.
Der Vogel leichtes Volck / so bald die grosse Sonne
Aus ihrem Bette kombt / hebt an mit freud vnd wonne
Zu singen in der Luft / Ich lieb / Ich lieb / Ich lieb!
Bevor die Nachtrigal: damit der kleinedieb
Cupido seine list / vnd schalckheit pflegt zu vben
Das auch der / so zuvor geses ihm vorgeschrieben
Vnd Cyprus außgelacht / ist in der Venus joch
Geduldig ziehen muß / vnd hat kein ende doch/
Bis endlich Hymen kompt / vnd löst sie aus den banden
Der bitter-süßen pein / da da ist freudt vorhanden!
Wie hier zu sehen ist / an diesem lieben-par/
So gang vor liebe bleich / dem Tode näher war.
Nun weil Ihr diese Zeit / vnd angenehme Stunde /
Vom Himmel habt erlangt / so heilt die Liebes-wunde!
Geht / geht / die helle Sonn wil bald zu golde gehn /
Der silber-weiße Mond begint schon auffzustehn /
Mit güldner sternnen schar / Endymion Er küßet /
Der Venus-stern schon winckts / auch Euch die Juno grüßet /
Vnd wil der Jungfrawschafft / iht geben das geleit /
Nun geht / wer kan dafür? bereitet Euch zum streit /

B

Es lo

Es kostet nicht den Hals: auß saurer · süßen Nöthen
Die Frau des Jupiters/wil schaffen daß Poeten
Euch Janus bringen soll; Gott gebe glück darzu:
Wann dieß gekommen ist / so habt Ihr gute ruh.

Samuel Butschky jun. Sponsa Germanus.



Wie mancher ist doch jez / der sich im herzen krencket/
Vnd quelt ohn vnterlaß / wann er zu rücke dencket /
Was es vor weilen wahr / vnd was es itz
muß sein

Das liebe Schlesien; Es schwindt ihm marck vnd bein.
Wenn er betracht wie die / so vor den Armen gaben/
Iß selber nicht daß Brodt / das Brodt zu essen haben.

Wenn er sieht wie der Todt von innen / wie
das schwerdt
Von aussen / Mensch vnd feld so grausam
hat verheert:

Denn sieht er an die Stadt / so ist da gantz verschwunden.
Der Bürger Lust / vnd wird / vor freude/trauren funden:
Begiebt er sich auff's Feldt / das vor war voll vnd reich
Von schöner/frucht / so siehts fast einer Wüsten gleich.
Da hört er vor daß schrein der Lemmer/die Posaunen/
Vor Mopsos Lied / den knall / der feurigen Cartainen/
Vor Dörffer sieht er Feur / vor Wasser Menschenblut/
Welchs izo daß verricht/was sonst der Regen thut.

Ah schreit er oft / Ah das der Todt mich doch lest leben
Vnd wil mich dieser Angst / vnd Noth nicht vberheben.
Es wird doch nicht mehr gut / Es wil doch vnser Gott/
Weil er so sehr erzürnt / nicht retten mehr aus Noth.

Ein weit weit bessern sin / Herr Breutigam man spüret
Bey Euch vnd Eurer Braut / den ob Euch zwar be-
rühret/

Dergleichen vnfall auch / so sendt Ihr doch bereit/
Wie aus der that zu sehen / die härtigkeit der zeit

Durch

Durch hoffnung zu bestehen. Es ist zwar schwer zu tragen
Die Last so vns jetzt drückt/ doch sol man nicht verzagē/
Weil vnser frommer Gott nicht ewig zürnen
Kan/

Denn ob er zwar betrübt/ nimbt er doch wi-
der an
Vnd liebt vns mehr als vor/nach seiner grossen
güte

Ja wenn er schon vns plagt/ gehts doch nicht von gemüte/
Das Hertz ist nicht darben/ Er wil ein Vater sein
Vnd bergen seine gunst/ nur nach dem augenschein.

Darumb ihr liebes Par/wollan laßt immer brausen
Das vngestüm der Zeit/nach grossen Windes sausen
Kompt wider Sonnenschein. Gott vnser Heil
Wirdt alles Endern woll/ In dessen fahret fort/ (vnd Hore
Vnd pfeget Ewres Werkes/ krafft welches man das leben/
Der Menschen gleichsam pfeget von Handt in Handt zu geben/
Vnd seidt dahin bedacht/wie ihr mit voller Handt/
Zu hülffe kommen mögt dem Oben Vaterlandt.

Henrich Kornmann von Breslaw/aus Schlesiē

L. L. S.

*Quid tibi, Sponse feram? non aurum aut ara requiris
Nobilitate cluens.*

Venatum exieram, cervum spe fretus habendi

In laqueis positus.

Sed nihil inveni. Quae nunc tibi, nescio, mittans

Munera digna Viro.

Majestas Maji roseis aptare corollans

Floribus ecce jubet.

Hoc Ergo variis collecto floribus orbe

Tempora cingo tua.

Ut varii flores viridi nascuntur in agro

Fertilitate ~~bona~~ soli

Arbor ut ad ripam frugum solet annua semper

Pondera ferre bonis.

Sic

*Sic quoq; sit thalamus Vester post annua, dulci
Tempora, prole ferax.*

Gregorius Bütnerus Wurzenfis.



PAnguntur, quidam, tædarum fœdera, dicunt
Quod natura Novum semper amare solet;
Vel quia nostrarum sentimus tædia rerum
Quos alienarum magna cupido trahit:
Vel quod honor sceptri, ventosa potentia, famæ
Gloria nos stimulat: vel quia fata volunt.
Sed rerum Natura Parens & sedula custos,
Par amat, & paribus gignere cuncta studet.
Sic homo principiò Par nobile conditus, Unus
Mas, illius par, Fœmina, Costa fuit
Costa Maris fuit, ac postquam formosa Virago
Facta, S u a m repetit Mas propriamq; tenet.
Inde Puella Marem cupit, appetit atq; Puellam
Mas ambo jungi, perficièrq; volunt.
Igniculos desiderii qui sentit eosdem
Me Venus, exclamat, Mater amoris habet!
Hæc quoniam Veniens, Venus, inquam, venit amoris
Illecebræ arctatum vos in amore pares
Nobile PAR ô Sponse, ô Sponsa Cupidine tactum
Quod Virtus, Probitas, Laus numerosa manet.
Gratulor exultans vestris amplexibus. Este
Alter in alterius Jure, Regendo pares.
Alter & alterius Regnum, Diadema, Salutis
Portus, Majestas, Jugera ruris, Herus.
Concordi nexu fœcundi vivite. Fructûs
Latos, Lata precor, quæ monumenta Domûs.
Quæ Te Sponsa manet benedictio larga Parentis;
Vota duplent horum, quos dare Vota decet:
Quos D E U S, orantes, in se benefacta Parentis
Pendi multa tui, spernere velle negat.

Johannes Lehman Monstereb. Sil.

F I N I S.

Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118



Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich
Buchbindereimeritor
Merseburg a. S.

1017



